

aliqua causa creata, sed à solo Deo, sed reuelatione opus, est vt in his quæ fide tenemus. Atq; hinc videtur sequi, ex hoc genere actionis per se sumpto non posse probari præsentiam Dei in omnibus rebus seu locis. Sed quamquam non constat Deum ita operari, p̄t tamen euidenter probari, posse Deū immediatè operari hoc modo in quo vis loco, & ex quacunq; re, quia hoc pertinet ad omnipotentiam eius, de qua infra dicemus. Atq; hoc modo ex hac actione nō vt iam facta, sed vt possibili colligi p̄t dicta præsentia, nam Deus iā de facto habet quidquid necessarium est ex parte sua ad agendum quamcunq; actionem sibi possibilem, non n. indiget mutatione aliqua, vt potentiam illam aut conditionem necessariam assequatur: sed vt actū agat hoc modo, est necessaria illa præsentia: ergo iam illam actū habet.

XXVII.

Posterior modus actionis diuine per vniuersalem influentiam cū omnibus causis secundis notior est lumine nature, quia est simpliciter necessarius ad omnes effectus & actiones quas experimur, & quia necessarius fertur ex dependentia q̄ res oēs habet à Deo in conseruari, vt in superioribus visum est. Ex hac igitur actione per se ac p̄cise considerata sufficenter inferitur prædicta Dei præsentia in rebus omnibus. Neq; contra illam procedere p̄t difficultas in tertia obiectione tacta, nam Deus non p̄t efficere hanc actionē media virtute à se diffusa, seu media aliqua re creata. Tū quia hic concursus est proprius primæ causæ vt sic, & ideo non p̄t per virtutē creatam fieri, nā hoc ipso deficit à propria perfectione & ratio ne talis concursus. Tum et̄ quia quacunq; fingatur esse talis virtus creata, illa et̄ indigeret in fluxu primæ causæ, quia hoc est intrinsecum omni virtuti creatæ: ergo necessario sistendū est in aliquo influxu quem prima cā per se ipsam immediatè præbeat in omni actione creaturæ. Vnde propriè simè dicitur Deus in hac actione agere immediatè immédiate tam virtutis, quam suppositi, vt supra Disp. 22. latè dictum est, & vtraq; ratione requirit immediatam coniunctionem cum effectū, quia virtus illa nō est diffusa, sed intrinseca, eiusq; substantia. Per hunc autem concursum nō ita operatur Deus immediatè, vt excludat omne aliud suppositum, immédiate etiam influens in alio ordine, scilicet causæ proximæ & particularis. Hoc vero nihil obstat præsentii int̄ctioni, quia vnaqueque causa requirit ad influxum quem immédiate in suo ordine præbet, immediatam coniunctionem cum effectū, & proportionatam virtuti & supposito immediatè influenti. Sic igitur, ex hac diuina actione necessario concluditur, Deum per virtutem sibi intrinsecam & per suā substantiam, suūq; suppositum debere esse intimè præsentem omnibus actionibus, & effectibus causarum secundarum. Atq; ita satisfactum est ad oīa quæ in tertia obiectione insinubatur.

Circa obiectionem quartam disseritur de præsentia Dei in spacijs imaginarijs.

XXVIII.

Quarta obiectione non multum negotium faceret his Theologis, quibus videtur Deus ita in hoc vniuerso concludi, vt extra illud nō sit, imo illo argumento maxime vtuntur, quia sub-

stantia spiritualis non est nisi vbi operatur, sed Deus non operatur nisi in hoc mundo: ergo extra illum non est. Ad diuini etiam argumentum su præ tactum, quia nulla res est in nihilo: extra hūc autem mundum nihil est, nam spatium imaginarium non est, sed imaginatione fingitur. Neque putant hoc repugnare immensitati Dei, quia nō pertinet ad immensitatem Dei vt sit in nihilo, aut in rebus factis, aut in entibus rationis: sed quòd sit in omnibus rebus creatis; at verò dum nihil creat, non oportet vt sit in aliquo, vel alicubi, sed in se ipso, vt loquitur August. lib. 3. cont. Maximin. c. 2. 1. & in illa verba Psal. 122. [Leuati oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.] Et hanc opinionem tenent in 1. d. 37. Capreol. q. vnic. art. 3. & Scotus q. vnica, & insinuat Durand. q. 1. & 2. Tenet etiam Bonauent. art. 2. q. 1. num. 22. Vnde ad tertiam obiectionem iuxta hanc sententiam dicendum erit, immensitatem Dei satis probari ex actione Dei, quia probatur Deum esse in omnibus quæ verò sunt, & hoc solum est de ratione diuinæ immensitatis.

August. Capreol. Scotus. D. Bonau.

XXIX.

Addendū verò necessario est aliquid huic sententiæ, nā certè si ita Deus cōcluderetur hoc modo, vt in ampliori, neq; actū esset, neq; esse posset, non esset immensitas nā suo modo finis terminis clauderetur. In ò nō repugnare fieri creaturæ spirituali tā perfectæ, quæ possit realiter esse præsens toti mundo, & cuilibet parti eius: nam vnus angelus nunc potest esse præsens v. g. toti huic ciuitati, & potest alius angelus fieri p̄sentior qui maiorem locū impleat, & in hoc augmento p̄t in infinitum procedi extra omnem proportionē: ergo deueniri poterit ad angelum qui toti huic mundo præsens esse possit: est ergo hæc perfectio finita, & non sufficit ad immensitatem Dei. Ergo necessario addendū est, ita Deū esse n̄tē in hoc mundo, vt quantum in est esse possit esse in maiori, & in pluribus rebus, & maioribus in infinitum. Et hoc est certissimum, tam sm̄ doctrinam fidei, q̄ in ratione naturali, sit p̄posita infinita Dei virtute in operando. Si n. virtus eius operatiua non est limitata ad hunc mundum, neq; enā realis præsentia esse p̄t. Neq; hoc negant aut negare possunt auctores huius opinionis, in ò Capreolus satis expresse ita declarat. Quapropter necesse est vt aliquid amplius respondeant ad tertiam obiectionem factam, nimirū, ex actione Dei immédiate inferri actualē præsentiam in rebus factis, mediata verò seu consequenter colligi potentiam seu aptitudinē ex parte Dei ad existendū in omnibus rebus, quas in infinitum facere potest, & in hoc consistere immensitatem eius. Atq; ita fit, vt ex actione, quantum de facto versetur tm̄ circa res finitas, colligatur tota immensitas, ampliatō seu extendendo illam ad actionem possibilem.

Ex hac verò vltima responsione (quæ sine dubio vera est) videtur planè sequi, priorem partem huius sententiæ salam esse: fatendumq; potius esse Deum nunc actū esse extra mundum in infinitis spacijs imaginarijs. Quam sententiam alii Scholastici & Philosophi defen-
dunt, vt Altius lib. 1. sum. c. 16. & Maior in 1. d. 37. q. 2. & bene Richard. ibi artic. 1. quest. 4. Bonau. num. 1. q. 2. ad vlt. & qu. 3. Ca. et in 1d Ioan. 12. [Ego lux veni in mundum.] & Ferrar. 8. Physic. q. 4. & in dicit Soto 4. Physic. q. 2. ad 4. & Marfil. Phinc. lib.

XXX.

Altius. Maior. Richard. D. Bonau. Soto. Caer. Marfil. Phinc. lib.